Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

meis nolite malignari Et
vocaverunt famem super terram et
omne firmamentum panis con
fregerunt Misit autem eos vir
in servum venundatus est Ioseph
Humiliaverunt in compedibus
pedes eius ferrum pertransiit
anima eius donec veniret
verbum eius Eloquium domi
ni inflamavit eum misit rex
et solvit eum princeps populorum
et dimisit eum Constituit
eum dominum domus suae et principem
omnis possessionis suae Ut
erudiret principes eius sicut
semetipsum et senes eius pru
dentiam docere Et intravit
israel in egiptum et iacob accola
fuit in terra cham Et fecit
populum suum valde crescere et for
mavit eum super inimicos
eius Convertit eos ut odirent
populum eius et dolum facerent in servos eius
Misit moysen servum suum
aaron quem elegit sibi Po
suerunt in eis verba signorum suo
rum et prodigiorum in terra cham
Misit tenebras et obscu
ravit eos et non exacerba
verunt sermones suos Con
verit aquas eorum in sanguinem
et occidit pisces eorum Corrupt
terra eorum ranas in penetra
libus regum ipsorum Dixit et ve
nerunt cynomia et cinifes in om
nibus finibus eorum Posuit
pluvias eorum grandinem ig
nem comburentem in terra ipsorum
Et percussit vineas eorum
et ficulneas eorum et contrivit
lignum finium eorum Dixit et
venerunt locusta et bruchus cui
non erat numerus Et com
edit omne fenum in terra eorum
et comedit omnem fructum terre
eorum Et percussit omne primo
genitum in terra eorum primicias
omnis laboris eorum Et edu
xit eos cum argento et auro
et non erat in tribubus eorum
infirmus Letatus est egiptus
in profectione eorum quia in
cubuit timor eorum super eos
Expandit nubem in pro
tectionem eorum et ignem ut luceret
eis per noctem Petierunt
et venit coturnix et pane
celi satiavit eos Dirum
pit petram et fluxerunt aque
abierunt in sicco flumina
Quia memor fuit verbi sancti